Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



subponit manum suam. Iunior fui etenim
senui et non uidi iustum derelictum: nec
semen eius querens panem. Tota die mu
seretur et commodat: et semen illius in bene
dictione erit. Declina a malo et fac bonum:
et inhabita in seculum seculi. Quia dominus
amat iudicium: et non derelinquet
sanctos suos: in eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur: et semen impiorum
peribit. Iusti autem hereditabunt terram
et inhabitabunt in seculum seculi super
eam. Os iusti meditabitur sapientiam:
et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei
eius in corde ipsius: et non supplantabunt
gressus eius. Considerat peccator iustum:
et querit mortificare eum. Dominus au
tem non derelinquet eum in manibus eius:
nec dampnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominum et custodi uiam eius:
et exaltabit te ut hereditate capias terram:

Duplio

Gla pri.